


NUMMVS CASTRENSIS

STEPHANI REGIS POLONIÆ,

Cusus rebus in Moscovia feliciter gestis:

Anno Christi 1579.



Tephanus Battorius Poloniæ Rex, bellum adversus Ruthenorum Ducem suscepturus, mensium trium spatio collectis quadraginta equitum, & sexaginta peditum millibus, paulatim ad fines Moscoviæ accedit. Præmissus est Suo primus Nicolaus Rarzivilius, Palatinus Vlnensis cum quibusdam equitum peditumque Lithuanorum copiis, certusque Vngarorum numerus cum Caspare Beckeschio itinerum claudendorum causa; ne præsidia in Polotiã

à Moscovitâ submitterentur: cum tamen biduo ante nonnulli pedites & equites fuissent ingressi. Rex paulò post cum exercitu & tormentis bellici